Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sed potius quasi frater amplecti qui aduersa quis scis intulerat prop
tus est sustinere cum scis; et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam
squamae et cetera; draconis omne corpus dicitur squamis esse contectum quia
ergo iudei serpentes et genimina sunt uiperarum uocati quia illorum
perfidia sectabantur quasi pelle serpentina oculis cordis obtexe
rat sed cadentibus sub manu annanie et abei oculis squamis mon
stratur in facie quod uerum lumen iam recepit in mente; SEC SCI EUS SEC MAT;
dixit simon petrus ad ihm; ecce nos qui relinquimus omnia et se
quuti sumus te qui ergo erit nobis; Grandis fiducia petrus
piscator erat diues non fuerat cibos manu et aste querebat et tamen
loquitur confidenter reliquimus omnia; omnia enim relinquit
qui uoluntatem habendi deserit sed quia non sufficit tantum
relinquere iungit quod perfectum est et secuti sumus te feci
mus quod iussisti quid igitur dabis premii; ihs autem dixit illis amen
dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sede
rit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et uos super sedes
duodecim iudicantes duodecim tribus israel; Non dixit qui reli
quistis omnia hoc enim et socrates fecit philosophus et multi alii di
uitias contempserunt. sed qui secuti estis me. quod proprie
apostolorum est atque credentium in regeneratione. cum sederit
filius hominis in sede maiestatis suae quando ex mortuis decor
ruptione resurgent incorrupti sedebitis et uos in solis iudi
cantium condempnantes duodecim tribus israel quia uobis creden
tibus credere noluerunt; hic discimus cum suis discipulis iudi
caturum ihm unde et alibi iudeis dixit; Si ergo in behelzebub
eicio demonia filii uestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices uestri erunt;
Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse aut duodecim solos
homines cum illo iudicaturos putare deberemus; duodenario
quippe numero uniuersa quidem significata est iudicantium
multitudo propter duas pastes septenarii quod significatur plerumque
uniuersitas que due pastes id est tria a quattuor altera per
alteram pastem multiplicate duodecim faciunt; Nam et quat
tuor ter et tricc quater duodecim sunt; alioquin quoniam in lo
cum iude traditoris apostolum mathian legimus ordinatum
apostolus paulus qui plus illis omnibus laborauit ubi ad iudicandum
sedeat non habebit. qui prophecto cum aliis scis ad numerum
iudicium se pertinere demonstrat cum dicit nescitis quia
angelos iudicabimus de ipsis quoque iudicandis in hoc numero